



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

R. P. Ioan. Crombecii Societatis Iesv Presbyteri De Stvdio Perfectionis Libri Dvo

Crombecius, Johannes

Mogvntiæ, 1614

IV. De septem fructibus eximiis, è diuini Numinis præsentis memoria
prodeuntibus, tres explicantur: cognitio sui, Dei clarior notitia, ac lætitia
spiritualis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51132](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51132)

cas, vel etiã liberales, aliasue sublimiores, quibus victus comparatur, homines suo apte ingenio ferantur æquo ardentius; paucos tamen reperies qui in artem amandi Dei velint incubere et hī primi & purissimi fructus eius, & infinitus saurus ac innumerabilis honestas per illam amantibus eius subueniant: ideoque fructus nonnullos hic spargam, colligendos his qui arborum emere nolunt, nisi gustu primum eius excellentiam probauerint.

C A P. IV.

De septem fructibus eximijs, è diuini Nominis presentis memoria prodeuntibus, tripliciter explicantur: cognitio sui, Dei clarior notitia, ac letitia spiritualis.

Primus fructus presentis memoria Dei, cognitio sui.

*Sap. 7.
S. Franciscus apud Thomã à Kempis li. 3. de imit. 16. 50.*

21. **P**rimus ille decerpendus est fructus qui primus erumpit, ac ceterorum basis atque fundamentum; nempe sui ipsius cognitio: vnde enim homo clarius faciem suam videbit, quam in illo speculo, in quo omnium facies repræsentantur? est namque Deus candor lucis æternæ, & speculum sine macula in quo facies nostræ videntur plane sibi conformes. Talis tantusque es, ô homo (ait quidam Sacerdos) qualis quantusque coram Deo inueniris, & amplius. Et quia conditio nostra, vel tenebræ nostræ mentis, sine luce agnosci nequeunt.

miores, qui
suapte inge-
ros tamen re-
int incubere
z infinita
lam amara
ctus nonno-
qui arbore
eius excellen-

Quod autem hæc scientia ceteris subster-
debeat, docent nos sancti Patres. Est enim
num hominis sapientiam affectantis, con-
plari quid ipse sit, quid intra se, quid infra,
quid supra, quid contra, quid ante, quid postea

Hæc consideratio quadripartitum parit
fructum: utilitatem sui, caritatem proximi, con-
temptum mundi, amorem Dei. Hinc Hugo Vi-
ctorinus: Frustra cordis oculum erigit ad videndum
Deum, qui nondum idoneus est ad videndum semeti-
ipsum: prius enim est ut inuisibilia spiritus tui cogno-
scas, quam possis esse idoneus ad cognoscendum inuisibi-
lia Dei; & si non potes cognoscere te, ne presumas ap-
prehendere ea quæ sunt supra te. Præcipuum ac princi-
pale speculum ad videndum Deum, animus rationalis
contuens seipsum. D. Bernardus: Scio neminem absque

agnitione sui saluari; de qua nimirum mater salutis
humilitas oritur, & timor Domini, qui & ipse sicut est
fontem sapientie, ita est & salutis. Quos vero fru-
stratus pariat, scribit idem ad Eugenium. Pri-

us ait, ipsum fontem suum id est, mentem, de qua
consideratio purificat; deinde regit affectus,
dirigit actus, corrigit excessus, componit mores, vitam
conestiat & ordinat; postremo diuinarum pariter ac
humanarum rerum scientiam confert. D. Gregorius

paucis multa in hanc sententiam scribens com-
plectitur: Quanto quisque se minus vider; tanto

Pp 2 sibi

Psal. 33.
In Instit.
Monast. li.
3. de ani-
ma, c. 6.
Serm 37. in
Cant.
Li. de Con-
sid. c. 7.
Li. 32. Mo-
ral. c. 2.



sibi minus displicet: & quanto maioris gratie lumen percipit, tanto amplius, reprehensibilem se esse cognoscit. Hæc Gregorius.

23. Hæc vero scientia, si vsquam, maxime in compositione voluntatis nostræ cum diuina Maiestatis ac magnitudine comparatur. Quando enim oculos in opera nostra, diuitias, aut splendorem externum (quo opinione hominum florere aut aliquid posse videmur) comitimus, vel aures hominum adulatorum laudibus præbentibus, mira de nobis concipimus, quasi nemo melior, nemo sit excellentior, saltem in aliquo genere: pluraque nobis affingimus quam reuera habeamus: sed ubi Deum intuemur, cui mundus vniuersus si comparatur, non gutta quidem roris antelucani, vel momentanea statera dici potest, & in omni PERFECTI IN IIS genere eminet, sine vlllo peccatorum nauo: cristas demittimus, cum & nulla sit virtus quæ cum eius gloria conferri queat, multaque ac enormia vitia delitescant in nobis, quibus turpissimi apparemus.

Sap. II.

Secundus
fructus, no-
titia Dei.
Li. 3. cit. de
anima, c. 6.

24. Secundus fructus est cognitio Dei: hæc enim clarius apparet, cum trabem ex oculo nostro amoris proprii eduximus per notitiam infirmitatis nostræ, vt eleganter obseruauit Hugo de S. Victore. Redi, ait, ad cor tuum, & subtiliter discute ipsum. Considera vnde venis, quo tendis, quomodo viuis quid agis, quid amittis, quantum quotidie proficis, vel quantum deficis, quibus cogitationibus magis incur saris, quibus affectibus frequentius tangeris, vel quibus tentationum machinis a maligno spiri-
tibus

acrius impugnetis: & cum totum interioris homi-
 nis habitum, quantum possibile est, plene
 cognoueris, & non solum qualis sis, verum etiam
 qualis esse debueras: de cogitatione tui poteris suble-
 uari ad contemplationem Dei. Hæc Hugo Quis
 recto clarius Deum videt, quam qui in eius fa-
 ciem perpetuo intendit oculos? Intuendo e-
 um, homines cognoscimus: & quo diligen-
 ter singula lineamenta ac frequentius aduer-
 mus, eo maior notitia ac familiaritas ex con-
 uersatione mutisque officiis enascitur. Ac-
 cedit, Deum esse lucem quæ illuminat omnem ho-
 minem venientem in hunc mundum: & lumen qui-
 dem quod simul ignis est: unde, qui propius
 accedunt, illuminantur & accenduntur: meri-
 toque de eo dici potest, *Non est qui se abscondat à* Psal. 18.
colore eius, si quis se illuminandum exhibeat. Genes. 32
 Hoc igne calefactus Iacob in voces lætissimas
 prorupit. *Vidi, inquit, Deum facie ad faciem, &*
salua facta est anima mea. Eminens quædam spe-
 cies ac figura Dei obiecta fuit oculis Patriar-
 chæ, quæ incredibiliter eum permouit. Utinam
 & nobis diuina bonitas tale lumen figuramq;
 obücceret! nam magno labore intellectus, rebus
 corporalibus & grandioribus figuris imbutus
 atque affuetus, Dei speciem efformat inhæren-
 tem. cauterio opus esset, quod nostris eam mē-
 tibus inureret.

Hæc vero cognitio, ad iuncta nostri noti-
 tia, consummata iustitia est: (vt ait Sapiens) & scire
 iustitiam & virtutem, radix est immortalitatis. Sap. 15.
 tur namque ex caritate & sapientia, quibus Do-

minus aliquid auxilij præuenientis adiicit : & quærenti se liberali animo, liberalitatem rependit, nouo & ampliori lumine se patifaciens. Ex quo nascitur sensus quidam de Deo, & iudicij præstantius de eius excellentia, potentia, gloriâ infinitate: maior item animi submissio atque seruantia. Confirmatur quoque notitia de utilitate hominis concepta, ex collatione tantæ

D. Francis Maiestatis cum abiectissimo vermiculo. videtur
ei exemplū cum D. Franciscus in quodam Tusciæ monte
Anton. 3. p. seu Aluerniæ, quem dominus Virandus ei dedit
hist. tit. 24 rat ad construendum, monasterium, oraret, ma-
. 2. §. 8. & gna noctis parte diuino spiritu eleuatus, nihil
in Chron. Fratre Leone qui illum tacitus obseruabat, e-
Min. Gall. 1 ditus est dicere aliud, quam: *Nouerim te Domine*
p. lib. 2. c. 55 *nouerim me. Quid es tu, dulcissime Deus meus?*
Bonan. in *quid ego vermiculus paruulusque seruus tuus?* Vnde
uita sancti idem Frater Leo, dum hæc identidem Francis-
Franc. c. 13 cus repeteret, flammam ignis, oculis maxime
 delectabilem, à cœlis in caput Francisci, in sinum
 eleuata in cœlum facie, nixis genibus manibusque
 que extensis deuotissime orantis, demitti, ter-
 tioque in sinum immissam manum educi, eleuari
 ri ac protendi in cœlum velut gestu quidpiam
 Deo offerentis. Deprehensus est post orationem
 Frater Leo: qui B. Francisco narrans quod
 obseruaret, ab eodem dictorum verborum, flammæ,
 protensæque in cœlum manus interpretationem accepit.
Eram, inquit Franciscus,
cum verba illa proferrem, (Nouerim te, nouerim me,
Quid tu es Domine Deus omnipotens, & quid ego
sum?) in lumine quodam contemplationis, in quo

illam abyssum infinitæ bonitatis diuinæ, & inum de
 mandum utilitatis meæ : ideoque dicebam, Quid
 Domine summe sapiens, summe bone, summe cle
 mens, ut visites me, qui nihil aliud sum quam summe
 vilis, vermiculus modicus, abominabilis, & despectus?
 Tunc vero à me Dominus, cum lumen illud videres,
 oblationes : quas cum me habere negarem, iussus
 ostendit manum in sinum inycere, & reduxi sigilla
 in unum, & tria in unum, & magnitudinis pulchri
 tudinis ac fulgoris, aurea : quæ eidem, ut mandabat
 facta, & trina oblatione, flexis poplitibus gra
 tiæ regi, quod & dona largitus fuisset, & illa ipsa, tam
 quam à me profecta, suscepisset. Quibus significa
 bat, paupertatem, castitatem, & obedientiam, virtutes
 dignissimas ac splendidissimas, dono suo oblatas acceptissi
 mas esse, & eas à me exacte seruari testabatur. Hæc
 franciscus, Ex quibus fructum hunc duplicem
 à conspectu diuini Numinis colligimus, ut
 & humilitatem nostram cognoscamus, & Dei
 excellentiam memori mente retineamus : ei
 que lubenter opera nostra, tamquam eius be
 neficia, quæ tamen ut nostra recipit, accepta re
 ferimus.

26. Ne tristitiæ umbram hinc suspicari quis
 potest, (quod initio obiectum fuerat) quasi
 miseram ætatem degant, qui se totos diuinæ a
 micitia dedunt: nisi dicamus præsentiam amici
 tristitiam amico & dolorem adferre solere : nos
 vero fructum tertium in spirituali lætitia collo
 camus : etenim vere ait quidam : Excepta sapien
 tia nihil melius datum est homini à Deo immortali,
 quam amicitia. Quid enim dulcius, quam habere

pp 4 quo-

quo cum omnia audeas sic loqui, ut tecum? Quis est
 tantus fructus in prosperis rebus, nisi haberes amicum
 qui illis aequae ac tu ipse gauderet? aduersus vero res
 difficile esset sine eo, qui illas grauius etiam quam tu
 ferret. Illis sane graue est praesentem Deum
 finere, qui cum eo gerunt inimicitias; tu
 iis qui eum habent in deliciis. Tuto ei potius
 tua credere; fidelis est: siue enim in prosperis
 siue in aduersis, semper eum aequabilem inuenies.

Allegoria
Nabal
1. Reg. 25.

Cum Nabal recusasset pueris David fide-
 dium annonae eo tempore quo tonfores omnia
 conuiuio excipiebantur, & iratus David cum
 quadringentis viris totam Nabalis familiam
 leturus properaret: occurrit ei Abigail uxor Na-
 bal, ac libenter oblatione humillique sermonis
 iratum Dauidem placauit, ut non modo peccatum
 cerit Nabal, totique familiae, sed & postmodum
 Abigail, prudentissimam mulierem, uxorem
 acceperit ac in deliciis habuerit.

Veterem hominem nostrum, qui erga Deum
 illiberalis est, eumque spernit, Nabal iste deus
 gnat. Eius uxor, anima nostra fide & sapientia
 imbuta, altera Abigail eo prudentior est. Nabal
 horret coram uero Dauide comparere; eum
 potentiam fugit ac reiecit: sed Abigail alacriter
 occurrit Domino suo, eum Regem vocat, illum
 praedicat, illi se commendat, nec frustra: nam
 namque anima non modo non interficitur, sed
 eam etiam benigne Dominus excipit: in spem
 fam assumit, & in deliciis habet. Mortuus
 dem est Nabal; uti & uetus homo crucifigi de-

be, si Abigail diuinæ sapientiæ copulari velit:
 que certe lubentius & honoratius, maiori cum
 amore ac gaudio, Deo nouoque sponso quam
 veri suo viro adhæret: sicut & Abigail luben-
 tius ac splendidius erat cum Dauide in palatio,
 quam cum Nabal in Carmelo. Plus enim deli-
 cium habet homo spiritualis vno die, plus
 honoris cum Deo, quam centum diebus in de-
 lictis corporis sui. quod ipse Dauid testatur,
 ait: *Melior est dies vna in atrijs tuis super millia:* *Psal. 38.*
 quoque *elegi abiectus esse in domo Dei mei magis quã*
habitare in tabernaculis peccatorum.

Adde magnam homini Deo familiari in-
 generari confidentiam: auxiliumque aduersus
 hostes perpetuo esse paratum: quo quidem ni-
 lucundius accidere potest, deserto præfer-
 do peccato ac solitario, omnique humano solatio desti-
 tuto; maxime vbi aduersarij & varij & acres insi-
 dent: exploratumque est homini, se nec fortio-
 rem nec sapienterem nec certiorẽ cælesti
 nomine protectorem nancisci posse. *Qui ha-* *Psal. 90.*
bit namque in adiutorio Altissimi, in protectione
et sapientissimi commorabitur. Dicit Domino: Susceptor
est. Tuus es tu, & refugium meum. & ei vicissim Do-
care; etiam tuus: Clamabit ad me, & ego exaudiam eum: cum
in alacritate sum in tribulatione; eripiam eum, & glorificabo
locat, illum.

Non dicant ergo vani homines vitam tristem
 gerere, qui Deo sese familiares reddunt: enim-
 vero tristissima est illa vita, qua à Deo, vero so-
 cio, separamur: omnisque vita, quæ ab illo non
 emanat, innumeris doloris ac tristitiæ aculeis
 Pp 5 manet

manet obnoxia. Qui latari vult, à peccato mundo, à deliciis carnis recedat: extrema enim talis gaudii luctus occupat. Vos autem exultate in Domino, rectos decet collaudatio. Latatus est populus (vt in libro 1. Paralipomenon legitur) cum in ta sponte promitterent, quia corde toto offerrebant Domino: sed & Dauid Rex latatus est gaudio magno & benedixit Domino coram vniuersa multitudine.

Prout. 14. *Psal. 32.* *3. Paral. 29.* *Psal. 76.* *Psal. 15.* *Psal. 99.*

Quare cum eodem Rege sancto læti dicantur. Renuit consolari anima mea: memor fui Dei & delectatus sum, & exercitatus sum, & defecit spiritus meus, & Providebam Dominum in conspectu meo, quoniam à dextris est mihi, ne commouear. hoc latatum est cor meum, & exultauit lingua mea super & caro mea requiescet in spe denique: in conspectu eius in exultatione.

C A P. V.

Proponuntur duo alii fructus quos diuinitas presentia memoria producit: timor & humilitas.

28. **Q**uartus fructus, qui ex presentia diuinitatis colligitur, est timor Domini: non is tantum, qui principium sapientia: sed & ille, qui à filio patri redditur à sponsa marito: quinque à Sapiente gloria, & letitia, & corona exultationis appellatur. Et sane, qui incipiunt cum Deo familiariter versari, primum omnium timorem

Quartus fructus, timor Domini. *Eccle. 1.* *Gradus timoris Domini.*